



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Iouiniano imperatore, & de persecutione Valentis. Cap. .I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

Ientes cum exultatione illud Psalmistæ in auribus piani principis: Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulacris suis. Vnde ille ad iracundiam promotus, Christianos incarcerat & infert martyria, cōminatus maiora tormenta post belli victoriam. Hoce eo cogitante, res vertitur in contrarium. nam profectus quidem est, sed redditus nullus fuit. ibiq; incerto suorum aut hostium iaculo confodit. Fertur autem quia dum fuisset vulneratus, mox sanguine suo compleuerit manum, & in aërem piecerit. dicens: Galilæe vici. i& in eo ipso confessus est cum blasphemia victoriam.

SOD[•] HAYMONIS[•] EPISCOPI HALBERSTAT- tensis liber decimus.

THEODERITVS in tripartita
historia. Caput I.



Ost Julianum Iouinianus ab exercitu trahitur ad imperij insignia, qui excusat se sacrilegis non posse imperare, quia Christianus esset. nec acquiescit donec acclamat exercitus. Et nos Christiani sumus. Hic persequit hereticos, & honorat ecclesiā. Athanasiū requirit, & ab ipso suscipit formā fidei, & ecclesiarū disponēdarū modū, sed hęc tā lata principia

RERVM MEMO. LIB. X.

orta mors imatura mox corripit. Post huc Valentinianus cū fratre Valente suscepit imperium, expulsus quondam militia à Juliano pro fide nostra. & sibi quidem tunc Occidentales delegit partes, fratri autem Orientales reliquit. Valentianus ergo in fide & religione Romanam rempublicam administrat, sed Valens fauendo hæreticis, abiit in viam patrum suorum. Orthodoxos quoque persequitur, tormentis excruciat, damnat exilio, sed hoc post Athanasij obitum. Nam illo superstite, velut diuina quadam virtute prohibetur.

A THANASIVS Alexandrinus Episcopus, quadragesimo & sexto sacerdotii sui anno moritur.

Caput II.

Igitur functo in pace Athanasio post multos agones, & Petro in loco eius substituto, quem & ipse sciscitatus de successore elegerat, fauore principis concitati aduersum nostros Arriani insurgunt vehementius. Tunc Lucius Arrianæ pestis episcopus, fugo Petro, supra persecutiones gentilium vastat ecclesiam, vastat & heremum, & bellum quiescentibus indicit. Itaque tria milia & eo amplius viros per totam heremum solitaria habitatione dispersos, armata manu oppugnare aggreditur. Patresque monachorum Aegypti Macharium, Isidorum, aliisque Macharium, Heraclidem & Paulum, discipulos Antonii tradidit exilio. Qui vitae merito insignes & virtutibus admirabiles habebantur. Pro breuitate proposita cate-

F vi